DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Ablaß

Pfarrarchiv Haiming

24.05.1430

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7504.A3

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-64362

Visual Library

Nos Gerhardus dei et apostolice sedis gratia episcopus Salonensis Universis et singulis christi fidelibus
presentes litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam Licet sanctorum omnium loca congrua sint devocione a christi
fidelibus sedule veneranda ut quos divina honorat dignitas humana condicio devoto veneretur affectu Cupientes
igitur ut sanctissima basilica sancti Crisanti in hayningen congruis veneretur honoribus et a christi fidelibus
hom[illegible] iugiter frequentetur ipsique fideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem quo ibidem dono celestis
gracie uberius conspexerint se refectos Omnibus vere penitentibus confessis et contritis supradictam ecclesiam in hayningen
in singulis festivitatibus domini scilicet Nativitatis Circumcisionis Epiphanie Cene Parasceue Resurrectionis Ascen-
sionis Penthecostes Trinitatis corporis christi Et in omnibus festivitatibus beatissime dei genitricis Marie Nec non et in ipsius
sancti Sebastiani anthonij et barbare — ecclesie dedicacionis et patronorum ipsius supradicti et in dedicacione sanctorum patronorum altaris sancti Sebastiani Anthonij et Barbare
quod altare nos consecravimus Anno a nativitate christi millesimo Quadringentesimo Tricesimo in die sanctorum Donacionis et Rogacionum
in festis quoque Nativitatis Johannis Baptiste · sanctorum Petri et Pauli atque singulorum Apostolorum et evangelistarum Nec
non et per octavas dictarum festivitatum octavas habencium et in dedicacione altaris supradicti et omnibus diebus sabbatis
devote visitantibus seu ad fabricam predicte basilice luminaria, ornamenta seu alia divino cultui necessaria manus
porrigentibus adiutrices de omnipotentis dei misericordia et beatorum Apostolorum eius Petri et Pauli ac beate Marie virginis
confisi et patronorum Quadraginta dies de iniunctis eis penitencijs quociens quidam de iure possumus et debemus
in domino misericorditer relaxamus Presentibus quoque nichilominus perpetuis temporibus duraturis In cuius rei testimonium
presentes litteras fieri fecimus nostrique episcopalis sigilli appensione fecimus communiri Datum in Steinis mensis May
vicesima quarta Anno a nativitate domini millesimo Quadringentesimo Tricesimo

~~Ao 1424~~

Ao ~~1424~~ 24 Maij

40 Dom

De anno 1430. V 24